CAPVT III.

TITVLI REGVM ET PRINCIPVM NATIONVM EXTERARVM

(Addenda ad vol. I p. 188—193 N. 840—861).

8957 [*regi*] | magno Ag[*rip*]|pae[1] pio Philocae|sare *(sic)* et Philoromaeo, | patrono col., | pub. fac.

Heliopoli Syriae (Baalbek) (III 14387 vidit Puchstein). — 1) *Incertum utrum Agrippa maior (rex inde ab a. 37, defunctus a. 44) an filius eius (rex ut videtur inde ab a. 48); uterque enim appellabatur βασιλεὺς μέγας Ἀγρίππας φιλοκαῖσαρ εὐσεβὴς καὶ φιλορωμαῖος. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 162. 163 n. 88. 89.*

8958 regi magno | C. Iulio Sohaemo[1], | regis magni Sam|sigerami[2] f., Philo|caesari et Philo|[*r*]ohmaeo[3], honora|t[*o ornam.*] consulari|b[*us*] .... | patrono coloniae, | II viro quinquenn., | L. Vitellius L. f. | Fab. Soss[*i*]a[*nus*][4].

Heliopoli Syriae (Baalbek) (III 14387ª vidit Puchstein). — 1) *Videtur esse is qui temporibus Neronis et Vespasiani Hemesam cum insignibus regiis tenebat (Ioseph. ant. 20, 8, 4 cet., Tac. h. 2, 81, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 251. 545), pater enim Samsigeramus videtur esse rex Hemesae quem memorat Iosephus bell. 18, 5, 4; 19, 8, 1. Alius Sohaemus a. 39 Ituraeis rex datus est (Dio 59, 12 cf. Tac. ann. 12, 23).* — 2) *Cf. not. 1. Ad eundem videtur spectare titulus urbanus VI 35556ª:* C. Iulio regis | Samsicerami | l. Glaco. — 3) *Requiritur* Philorhom-. — 4) *Idem ut videtur inter signatores diplomatis militaris antiquioris anno 60 (III p. 2328, 64).*

8959 .... | Bavarum gentes, quorum omnis multitu|do prostrata est, interfectis Taganin Masmule | et Fahem[1] regibus, adpraehensis etiam Afram | Fa ... vasamen[2] et ... inim[3] conlectis[4] rega|libus vota diis immortalibus Getulor. | [*persolv*]it Sul[*pi*]cius Sac... us ....

Rep. in Mauretania Sitifensi, loco dicto Teniet-Meksen, iam Sitifi (Gsell bull. du Comité 1907 Iul. p. X; vidi ipse). Conferendi similes tituli supra N. 628. 1194. 4495; de Bavaribus vide praeterea N. 2767. 8500 cum not. 2, item infra N. 9006. — 1) *Sic (litteris* h *et* e *contignatis) vel* Faiem *lapis.* — 2) *Fortasse* Farmivasamen. — 3) *Nomen desinens in* ... inim *vel etiam* ... ivim. *Ceterum non solum multae litterae incertae, sed ne id quidem constat quomodo eae in vocabula distribuendae sint.* — 4) *Sic sine dubio legendum (quamvis litterarum partes inferiores desint). Intellege: concubinis.*

---

archive.org